

Resolutio Quaestionis Historicae

De aetate, conditione, Patria, et nomine Auctoris Historiae:

De Septem primis Ducibus Hungariae; cui titulus.

Anonymi Bela Regis Notarii Historia Hungariae.

N<sup>o</sup> 62

Cel. Belius, primus Auctoris huius e<sup>codicis</sup> manuscripto Augustae bibliothecae  
 Editor limites aetatis inter<sup>du</sup> intra Belarum Graecorum definitos  
 reliquit, scilicet inter Annum 1060, et 1240, a Bela I. ad Belam IV.  
 nomen autem Auctoris de Aethore codicis, inquit, non est facile  
 statueri, nam et aetas in obscuro posita est, et nomen obliuatum,  
 neque expedit rationes, maneris rationes; qui hominem in Bela I  
 tempora reponunt, faciunt illi quidem aliquid, quod vix cum ratione  
 fieri poterunt. Si enim velint Stylium Scriptoris in eius opinionis  
 praesidium advocare, idem illud argumentum et reliquorum eius nominis  
 Regum aetate inelutabil. Enimvero idem fuit, quod est in aethore  
 nostro dictionis ingenium sub Bela II. III. et IV. ut proinde  
 non tam de aetate, quam vita auctoris genere conjectandi nobis  
 ex stylo nascatur occasio. Sacerdos nimirum fuit, multis tamen  
 ac diversis laboribus saeculi negotijs impeditus, ut habet in Prolegom.

His rebus, Sacerdotio nempe, neque temere obvia ijs tem-  
 poribus eruditione, factum est, ut notarius fieret Bela Regis, tum  
 quod a Profanis viris aberat, qualecunque liberarum Studium,  
 tum quod Sacerdotibus tatus credi posse arcanorum Curie  
 Regiae custodiam, opinio inuestraverat.

Coratur dem Belius aetatem Anonymi definire, dum prosequitur. Sicuti  
 Stili, quo in conscribendo hoc libello Auctor usus est, indolis nihil  
 in ea re potest definire, quod supra monuimus, ita sunt praefecto non  
 posthinc nota indicia, quae non tam Bela I. Sed posterionibus illis,  
 quisquis demum fuerit inter tres eius nominis Reges, Verdicare possint,  
 Anonymum. Equidem, nisi mutilum esset quantumcunque Auctoris opus  
 his ~~duobus~~ ad ductis criterijs in Bela IV eum tempora haud injuria  
 reponrem. -- deponit dem Belius criteria, quibus Anonymum Regis  
 Bela IV Notarium arbitratur. Praefecto enim (prosequitur Belius)

Audicis, Vladominae diversarum item per Ungariam Urbium, nomina,  
 quibus passim utitur Auctor, non credo saeculo Undecimo cui interixit  
 Bela I. tam distincta cognita vulgo fuisse, quam id observare est, sub  
 saeculis sequentibus Synonymis Regibus; atque sub Bela IV imperiis, qui  
 Regum Cognominum, facile gloriosissimus dici meruit, quomodo cum  
 vocat noster, in his Prolegomenorum, Sed quid quid agas aetatem certe  
 hominis nequaquam definiveris. hucusque sententia Belij; criteria  
 ergo, quibus eum arbitratur fuisse notarium Bela IV. sunt I Urbium nomina  
 quae ab Anonymo referuntur. II quod Belam appellet gloriosissimum  
 qui titulus alijs <sup>Belis</sup> minus congrue tribui potuisset, his tamen criterijs  
 non obstantibus, infert: aetatem tam certe hominis nequaquam definendam.

Celeberrimus Kollarus, clarissimus Commentariorum Lambecij Continuator  
 suam in Supplementis Tomi I. Commentar. de aetate Anonymi, sequentibus  
 proponit sententiam: Nomen Scriptoris huic arbitratur fuisse Petrus, nec  
 scio etiam, an fallax, si dixerim, eundem hunc Petrum esse cum illo Ara-  
 dici Praeposito cuius nomen in Diplomatis Bela IV me legisse com-  
 memin. Sententia ergo Belij auctore videtur cl. Kollarus, Anonymum  
 hunc <sup>fuisse</sup> Notarium Regis Bela IV. opinione potissimum nominis Petri arbitratur.

+ Anno 1185 m  
ex munere Notarij Regij, promotum.

x clarissimum, + Joach. Spinnungque Petzsum Ungarum e Nobili Chileniorum familia  
ortum, a ~~...~~ creatus a Bela III Archi Episcopum Spalatensem

Atque hae est opinio celebrium horum Jururorum de etate Anonymi  
opinioque sententia, quae autem e meis animadversionibus conficiatur etas celeberrimi  
hujus Auctoris paucis exponam, videri nempe mihi Auctorem hunc  
fuisse. <sup>Notarij Regij</sup> clarissimum Petzsum Ungarum Archi Episcopum Spalatensem  
Sub Bela III. suamque historiam de septem duobus scripsisse inter limites  
Anno 1174, et 1184; quo tempore ante obitum Archi Episcopatum Monas  
Notarij Regis Bela III obierat, per ~~...~~ vel 9 annos obiverat.  
Haec meam Sententiam, ut claram expeditamque ob oculos ponam, sequentem  
tanquam criteria in mentem revocanda velim.

Chileniorum familia ortum, clarissimum

NB. in spiciendum in  
manuscripto, an habeatur  
(N.) post notariis -

+ Schrandhaem's legal vid  
Pichus (Predichus) sed  
omnis erronea a pag. 100

I<sup>o</sup> Anonymum hunc fuisse Notarium gloriosissimi Bela Regis Hungariae  
ita enim ipse exorditur: P. dictus Magister, ac quondam bonae  
Memoriae gloriosissimi Regis Bela Regis Hungariae Notarius. ~~...~~  
Hic observo i. Nomen Auctoris fuisse, quae ejus initialis littera P. ergo  
vocatus fuit vel Petrus, vel Paulus, vel Pantaleon etc. + II. vocat se  
Magistrum, id est, doctorem, et ut superior lib. Theologiae, quod Protonotarij  
Austriacis usque venit. III. tribuit sibi munus Notarij Regij, ergo officium  
Notarij sub illo Rege Bela, cujus fuit Notarius jam institutum fuit.  
III. Tribuit Regi suo Bela, cujus erat Notarius titulum: gloriosissimi.  
ergo Bela Rex, cujus Anonymus erat Notarius, dicebatur gloriosissimus.

II<sup>o</sup> Anonymus hic fuit Sacerdos, et potestis ex ordine aliqua Religioso, Bene  
dicitur. nam I. dicitur multis tamen ac diversis laboriosi seculi negotijs impeditus  
fuit. ~~...~~ Sacerdos ergo officium suum officium ~~...~~ Notariatus vocat officium  
seculare. II. dicta ~~...~~ in historia e. Sana scriptura passim de prompte  
itaque alia ~~...~~ Sacerdotem fuisse manifeste ostendunt.

Clen in Janis libris egerge  
verfahum

III<sup>o</sup> Scripsisse suam Historiam eo tempore, quo Styria <sup>ad huc</sup> pacifice possidebatur  
a Regibus Hungariae, ait enim. Cap. I. Sed a Carinthiorum Moracensium  
id est Styriam Hungariae limitaneam fines crebris incursionibus diripiunt,  
quorum multa millia hominum in ore gladii occidunt, Praesidia sub-  
vertunt, et regiones eorum possident (sub hunc Apud Siliam) et huc  
usque in hodiernum diem (quo nempe scribebat Anonymus) adjuvante  
Domino potentes, et pacifice possessiones eorum detinet. ex his concludo:  
Anonymum scripsisse, quo Bela Hungariae Styriam pacifice obtinebat.

+ de jusdem antecessores

Ex his igitur sequentia momenta ostenda veniunt.  
I. ~~...~~ Notariatus Regij sub Bela III institutum fuisse.  
His praemissis status, Anonymum Regis Bela III fuisse Notarium  
his itaque praemissis status Anonymum hunc, nec Bela I. nec Bela II  
Regis, sed neque Bela IV. fuisse Verum, Bela III fuisse Notarium.  
Anonymum Bela I. vel II Regis non fuisse Notarium clarum est ex officio  
Notarij Regij, quod munus natus sub Bela III primum institutum fuisse  
notatur teste Tho. M. Thuroczio ab. Bonfinio, et Thuroczius quidem in  
chronica Ungar. Cap. LXXIX. + Postea Regnavit Bela frater ejus (id est Alexan-  
IV) qui iures, et latrones prosequens est, et petitionibus loqui traahit originem  
ut Romana habet curia, ac Imperij. Sed multo laudentius ea de re  
Bonfinius Dec. II. lib. VII. Et cum Reges ante, inquit Bonfinius, promissive  
ac modestius ab hominibus audirentur, auresque indocta multitudini ac-  
comodantes, modo garulitatis fastidio, modo loquendi in laeta afficerentur,  
neque gravitatem pro dignitate levarent, neque distincte judicia enuncia-  
rent, hinc factum est, ut Bela (nempe hoc nomine III) primus petitionum  
ac precum formulas instituerit, et Imperatorum Pontificumque more  
et duos precum Ministros adhiberet, qui quotidianas petitiones ei lecto  
legerent, rescriptaque manu regia responsa referrent, unde optimus judiciorum  
et gratiarum mos tum Hungaris intraductus. Ex binos more Imperatorum,  
et Pontificum petitionum secretos ministros, seu Notarios a Bela III institutos  
cujusmodi unum fuisse in rebus Ecclesiasticis Anonymum facile intelligitur.

NB. (confutandum argumentum)  
desumptum a combinatione  
Anonymi, quod videtur esse chronum  
Prudente -)

f.

Atque haec est celeberrimum locum dum uirorum etatem Anonymi ad tempora Bela Regis IV. Naluentium opinio atque sententia. Quae autem ex meis animadversionibus conficiatur etas celeberrimi huius Authoris pauca edicam. Videri nempe mihi Authorem Historiae de Septem Ducibus Ungariae fuisse, Nobilissimum illum, Clarissimum, atque Doctissimum Petrum Ungorum e Nobili Chitelliorum, vel ut alia chronica habent, Chitelliorum, aut Chetelliorum familia, notum, à Bela III Anno 1181 in Archi Episcopum Spalatensem promotum, è munere Notarij Regij promotum, Historiamque à Nobili hoc Petro Ungaro ante obitum Archi Episcopatum intra limites Anno <sup>ex chron.</sup> 1174, et 1181, quibus per aliquot annos munus Notarij obiverat, ex chartis Archivi, et vocant Regij, conuasse.

+ rectius Heleliod  
ab anno  
et legem  
duobus primis.

Bina prouide demonstranda sunt. I. Etatem Scriptae Historiae ~~condici intra~~ pertinere ad Tempora Bela III. II. dum. Nomen, Patriam, Conditionem, munus, ~~et~~ <sup>etatem</sup> et conspiciere atque conuenire: Petro Ungaro e Nobili chitelliorum familia orto, subinde in Archi Episcopum Spalatensem à Bela III promotis.

Quod etatem Scriptae Historiae atinet, eam nullo negotio certam definiemus ex ipso Anonymo, et quidem intra latissimum litem annorum 14, vel 15, ~~anno~~ sub Bela nempe III, haec est Historiam tunc ab Anonymo nec ante annum 1174, nec post Annum 1189 scriptam fuisse.

Primum <sup>et</sup> conficitur ex Institutione muneris Notarialis Regij <sup>non ante annum</sup> Anno Bela III institutum atque introductum fuisse ex chronologia et Historiae tam domesticae, quam exteris clarum est. M. Thuroezius Author domesticae in chronica Ungariae capitulo XIX de Bela III ita exorditur: Postea Regnavit Bela frater eius (id est Stephani IV) qui iures, et latrones persecutus est, et petitionibus loqui traxit originem ut Romana habet uia, ac Imperij. ex quibus uerbis cl. Kollarus comment. lib. I. in Supplem. pag. 687 afferere non dubitauit; illud quidem mihi certum, inquit cl. Kollarus, Proto, notariorum, et notariorum Munia institutionem Bela III debere qui in Regno nostro iudiciorum rationis sine coarctatione Author fuit; qui iures (attestantibus omnibus chronographis nostris) et latrones persecutus est, et petitionibus (libello supplicii) loqui traxit originem, ut Romana habet uia, et Imperij.

+ Libellus Historiam  
non ante annum  
1174 scriptam fuisse  
Ego de Anonymo  
ipse fungi fateor,

Ad multa luculentius Institutionem muneris Notariatus à Bela III principio Regni sui introductam describit Bonfinius Dec. II. lib. VII. Et cum Reges antehac, inquit Bonfinius, promissum ac immodestius ab hominibus adirentur, auresque inuolante multitudini acomodantes modo garulitatis fastidio, modo loquendi insidia afficerentur, neque gravitatem pro dignitate seruarent, neque distincte iudicia enuncia, reat, hinc factum est, ut Bela (nempe III) primus petitionum ac precum formulas instituerit, ex Imperatorum, Pontificumque more et duos precum Ministros adsciuerit, qui quotidianas petitiones ei secreto legent, rescriptaque manu regia responsa referrent, unde optimus iudiciorum, et gratiarum mos tum Ungaris introductus. haec Bonfinius. En binos more Imperatorum, et Pontificum petitionum secretos Ministros id est Notarios à Bela III institutos quorum petitiones secularium, alter Ecclesiasticorum et Religiosorum hominum administrandas haberet. petitionibus secularium, seculariumque propositum fuisse Notarium, Ecclesiasticis autem, <sup>magis</sup> vel e deo unum, vel quod <sup>magis</sup> pro etate illorum temporum <sup>conuenit</sup> Religiosa Benedictinorum familia delectum.

Clarissimus Drayus vrosimiliter orbitatus formam Insitutionis hujus  
 Muneris Notarialis Belam III ex Manuelis Graecorum Imperatoris aula  
 in qua bene longo tempore ante aditum Regnum regnabat, in Hungariam  
 traduxit: qui non, ~~et ad conciliandum Regibus Hungaricis, utique legum~~  
~~causas causas multum momenti est, sed~~, reliqua Epocham primae  
 hujus Insitutionis figit annum 1174, primum scilicet Regni Bela III.  
 In eadem quoque cum Drayo, celestisque Chronographis conspiciat sententiam  
 cl. Palmius in parte prior Notitia Reum Hungaricam pag. 227. addendo:  
 Atque sub hoc primum (Bela III) primum Regia Cancellaria frequentior  
 esse coepit, cum prius Reges sive Notario, aut sigillatore solum uti consueverint,  
~~que quidem an hunc Notarij de Bela III tempore Palmius in use~~  
 velle videtur usum Notarij jam ante Belam III fuisse, cum sigillatorem  
 et Notarium pro eodem accipiat, ad Anonymum hujusmodi fuisse sigilla-  
 torem, quis unquam credet, cum officium suum Anonymus, laboriosum  
 hoc appellat, seque diversis laboriosi saeculi negotijs impeditum scribat,  
 que ante sententia sigillatori haud convenire quis laute intelligitur.

Ex his itaque conficio, Anonymum utpote Regis Bela Notarium,  
 appellat - Historiam suam non sub Bela I. nec sub Bela II, nec ante annum  
 1174 scripsisse. id primum.

At verum, Anonymum Historiam suam non scripsisse post annum  
 1189 ex infcis Anonymi verbis conficitur. ait enim Cap. 11.  
 Sed et Carinthiorum Moravianum (Sunt autem Carinthij Moravae, Styri  
 Muram plurim aculeantes) fines crebris incursionibus dirperunt,  
 quorum multa millia hominum in ore gladij occiderunt praesidia sub  
 urbant, et regiones eorum passerunt, (sub Leopoldo Luitico duce) et  
 hucusque in hodiernam diem (quo nempe scribat Anonymus) adjuvante  
 Domino potenter, et pacifice posteritas eorum delinet.

Ex his ultimis verbis Anonymi concludo, eam scripsisse eo tempore,  
 quo Rex Ungariae, et ejusdem antecessores Styriam pacifice obtinebant,  
 jam restituta ex chronologia videtur, Anno 1189 Bela III hic  
 a Leopoldo Austriaco + hanc causa Styria motam fuisse, ~~unde ut~~  
 apud cl. Bernod. Sinc Annalium Clavallensium scriptorem Tomo I  
 referente clar. Drayo, legere est. Anno vero 1233 sub Andrea II

Rege Ungariae Styria laud amplius Ungariae suberat, ~~imo imo~~ <sup>quaeque postea</sup> ~~Bela IV~~  
 inter Ungaros, et Styros anno 1233 gesta sunt, referente Drayo in Anathas  
 Regum Ungariae; ~~sub~~ a multo minus pacifica fuit possessio sub  
 Bela IV. infra ergo, Styria jam sub Andrea II possessa non fuit  
 pacifice, ergo ante Belam IV, ~~jam~~ sub Andrea II, a multo minus  
 sub Bela IV Anonymus dicere non potuisset, ad haec usque tempora  
 Styriam pacifice possessam ab Ungaris, ergo Anonymus Historiam  
 non scripsit sub Bela IV. Sed neque sub Bela I. et II, ut supra  
 ostentatum est, scripsit autem sub Rege Bela, ergo sub Bela III  
 et cum sub Bela testis hic causa Styria a Leopoldo Austriaco  
 Anno 1189 orta sit, atque adeo pacifica possessio jam diu non  
~~post~~ post hunc annum dici non poterat, inferri debet Anonymum  
 Historiam suam non scripsisse post annum 1189.

Habemus ergo primos aetatis historiae scripta limites inter annum 1174  
 1189. verum ex infra dicendis multo anteriores definimus, ostendemus  
 nec ante 1175, nec post 1182, ~~de~~ scriptam fuisse Historiam, atque  
 adeo aetatem historiae intra similem 7 annorum ~~definitam~~ <sup>definitam</sup> ~~habemus~~ <sup>definitam</sup>  
 definitam dabimus.


Neque ~~difficilis~~ <sup>difficilis</sup> obstant huic nec sententiae criteria cl. Bely, supra recepta  
 quibus opinatur Anonymus Bela IV fuisse Notarium. Primum enim certum  
 desumptum a nominibus urbium, et locorum, que Anonymi tempore in usu fuisse

vel obiter in chronologia, et geographia versanti solum est, eadem jam tempore Bela III vulgarissima fuisse. Criterium autem suum, desumptum à nomine Regis gloriosissimi, quo Anonymus Regem suum Belam compellat, quem titulum Belius arbitratur Bela III<sup>is</sup> nec datum, nec dari potuisse; in hoc quidem Belius admodum fallitur, nam exstant publica instrumenta, in quibus Bela III Rex appellatur gloriosissimus et quidem ante annum 1176; habentur nempe littere in Historia Zagrabienfis Ecclesie relate, quae incipiunt: Solum et omnibus Catholicis fidei cultoribus quod ego Bela III. R. R. quorum litterarum conclusio haec est: Anno dominico Incarnationis M. CLXXV. Regnante gloriosissimo Rege Bela III Leundi Gyse Regis filio. Et titulum gloriosissimi jam anno 1145 Regi Bela datum. Sed et anno 1190 inuictissimi quoque titulum gloriabatur, ut ex diplomatis constat. ergo ex nomine gloriosissimi haud recte inferat Belius, Anonymum non aliter Bela, quam quomodo fuisse Notarium?

Sed neque isto argumento utas Anonymi ad tempora Bela IV<sup>is</sup> extendi potest, quod capite VI. Anonymus mentionem faciat anathematis, ~~et~~ <sup>ejus</sup> primus usus videtur fuisse indutus sub Andrea II. nam constat idem ex publicis instrumentis formulam hanc anathematis jam tempore Stephani III Regis hoc est 1165, ante tempora Bela III in usu fuisse, exstat enim Diploma urbi Posoniensi sub Stephano III. A. 1165 datum, et à Th. Belio in Notitia Ungariae Tomo I. fol. 114 inferum, quod sequentibus concluditur verbis: Si quis autem ist: sub anathematis gladio se iuratus. Demum nec ex nomine Regis Andrea, cujus Anonymus cap. XV meminit inferri potest, cum sub Bela IV scripsisse, nam, ut ex ~~illis~~ <sup>illis</sup> ejusdem verbis clarum est, sub nomine Andrea, cum non aliam, quam Primum, seu eum qui ante Belam I. ab Anno 1045 ad 1060 scriptum tenuit Ungarum. Etate Scripta Historiae de Septem Ducibus intra limites arorum 1141 et 1189 praevic, et veluti sub limitibus laxissimis definita, disquirendum restat Nomen, Patria, Conditio, vita, genus, dignitas ist: Auctoris Historiae celeberrimae de Septem Ducibus. Prosequor haec ordine.

Primum, Nomen, <sup>Auctoris</sup> quod nesciam in manuscripto codice comparat, arbitror fuisse Petrus, vel Paulus, vel Pantaleon, ~~quod~~ <sup>quod</sup> Nomen Auctori fuisse hujusmodi, cujus prima littera sit P. En opinionis meae rationem.

Ex Gomb pag. 228. narratur irregularis nuncius, et ad Regem Andrea I. Belam II. ductus, adhibito interprete Nicolas Jaurienfi Archiepiscopo et pag. 229, de monte Schultberg. Verthes. no Thurepisc



consentes necum cl. Notarius Comenar. lib. 1. in Suppl. pag. 687 affirmando.  
 illud quidem mihi certum Prototonotarium, et Notarium Alunia fassiduker,  
 nem Bela III debere, qui in Regno nostro iudiciorum rationis sine contro-  
 versia factus fuit, qui iures (attestantibus omnibus chronographis nostris)  
 et labores perseculus est, et petitionibus (libellis supplicii) loqui traxit ori-  
 ginem, ut Romana habet Alria, et Imperij. ~~videtur~~

videtur extra controversiam primam Notariatus Regij fassidukerem Bela  
 III debere; ergo cum Anonymus se dicat Notarium Regium, is nec Bela I.  
 nec III Notarius esse potest, utpote, qui ante fassidukerem Notariatus  
 Praxem. id primum.

Ad neque Regis Bela IV Notarium fuisse, clare evincunt verba supra  
 in prototonotario III adlatata: de Styria pacifice possessa usque ad sua  
 tempora a Regibus Ungaria possessa, nam iuxta <sup>anales cl. Prax. ad 1233.</sup> omnes <sup>anales cl. Prax. ad 1233.</sup> litteras lites  
 de possessione Styria jam sub annum 1189 Bela III adhuc regnante moveri  
 coepta a Leopoldo Austriaco, ut apud cl. Bernard. Linc. Analem Locoval,  
 scripturam Tomo I. legere est, vide Prax. Annales Reg. Ung. Tom. I. pag. 178.  
 sub Andea II. <sup>autem</sup> ut habet cl. Prax. ad 1233. Styria <sup>non amplius ab Ungaris</sup> possidebatur.

x Ad extremum in anni exitu expulsi in Austriam suscepta. Causa a Sophia  
 Bela conjugis sorore, quam Fridericus Austriac dux repudiaverat, petebatur.  
 Comodum Fridericus bello cum Bohemis implicatus fuit; illius absentia  
 apud Andreas cum Bela in hostium procedit, Post Styriam, Austriam  
 pars altera in festis armis petebat. Illi vastitatem inter alpes latissime  
 circumferentes, cum nobilissimis Styriorum, qui collectis, ut temporis angusti-  
 simis, rufficorum turbis obviam veniant, manus conficere, prolium  
 Styris profus inauspicatum fuit eos ad interuersionem omnes, quinquaginta  
 ope fuga lapsis. — e quibus colligas Styriam non modo non pacifice  
 ab Ungaris possessam, sed diu ante jam amissam fuisse. ergo multo  
 minus Anonymus sub Bela IV inter annos 1239 et 1240.  
 scribens, de possessione continua pacifica Styria loqui potuisset.

Faint, illegible handwriting is visible across the page, likely bleed-through from the reverse side. The text is too light to transcribe accurately. There are several small, dark brown spots (foxing) scattered across the page, most notably one near the top center and another near the bottom center.